

II. R. P. Georg. Jos. Camel. *Traëtatus de Plantis  
Philippensibus scandentibus, ad Jacobum Petiver,  
S. R. S. missus.*

Seët. 1. *Plantæ Cucurbiteferæ.*

1. *Igasod*, seu *Igasur*, quam alij *Panguagason* vocant, Fig. *sive* Nucis Vomice legitime *Serapionis* Iconem & Descriptionem V. D. Anno misi 1697.

vid. Act. Phil. No 249 & 250. Fig. Raii Dendr. 118. 4.

*Adde*, quod rasuræ *Isngur* Sanguinem è vulnere profluentem sistat, ut rasura & ossa *Piscis Manati* seu *Duiyong* & Attamentum *Sinicum*. Filix *Tirado* verminanti datum fuit Nucis dimidium, interiit convulsa.

2. *Daocagay*, aliis *Aquafen*. Planta pariter scandens est ut *Laëtang* & *Pijigpog*, sed magis crassa, *Cortex* albus, maculis flavis & viridibus variegatus & denuo totus nigris punctuatus notis. *Folio* sunt *Betele* foliis minora, nervosa ut *Canela* conjugata, quorum ramuscula desinunt binis. *Cortex* amaricat. *Lignum* Saporis expers. *Radix* valet contra Venena epota & unà cum vulnere inflicta. *Usus* ejus cum aliis *Contrayervis*, rarò adhibetur sola.

3. *Pangagbasun*. Planta arborescens, altissime scandens. *Cortex* subfuscus cum verrucis, crassus calami Scriptorij. *Lignosa* radicum & sarmentorum materies, porosa, cum matrice spodgiosa; saporis amari & adstringentis est *Cortex*. Gaudet *viribus* iisdem quibus *Arbor Pangagbasun*.

H h h h h h h h h h

4. Co-

4. *Colocynthis Pomi Rosei*, Indis *Tabaiyag*. Folia fert formæ foliorum *Colocynthis* retiformis, seu *Cucumi*. *Colocynthis* sed ex viridi nitentia & magis terfa. Flos luxuriat in racemis ferme septenus, spicali stipatis foliolo ceu perianthio, candidus, pentapetalus, petalis nervosis latis, seu frontatis & superne in capillares lacinas discissis: tubuloso candidove infidens calyceulo in in quinos unguiculatos discerpto alabastro. Fructus est Pomum Roseum visu pulchellum, magnitudinis *Pomi* majoris & modice ovati, tersum & perpositum, durioris corticis & diutius perennans, cujus caro flavet, & medullium massa coloris luridè cærulei, cui semina oblonga, coloris pælaris, serie trinâ immersa sunt, repletur. Sarmentis pollicaribus teretibus & 12 aut 15 orgyijs longis altissimas quasve arbores conscendit.

5. *Colocynthis Pomi viridis*. Indis *Bulasa*. Foliolum habet profundius laciniatum, ut folium *Citrulli*. Flos flavus est, similis formâ & magnitudine *retiferae Cucumicolythinthidis*. Fructus est Pomum omnino Sphæricum viride & tersum, corticis adhuc solidioris quam præcedentis, coronatum, magnitudinis & formæ majoris *Aurantii*.

Fig.

6. *Cucumi-Colocynthis retifera*, Indis *Salagsalag*, i. e. *Nidus avium*, alijs *Buyogbuyog*, *Pocotoocot*, *Tabobog*, *Cocubitan*, *Guragda*, *Hotbat*, *Salimpocot* & *Halabala*; *Pepinillo de S. Gregorio Hispanis*. Tota planta cum *Cucumere* convenit, ita ut eam describere supervacaneum sit, verum quo ad amaritudinem ac vim cathartica & emetica, *Colocynthis* modo efficacissime operatur; à sicco fructu scilicet supermanens reticula. Hujus fructus maturus & in ipsa planta desiccatus colligitur & asservatur: Ad quem dein Panacæe adinstar recurunt, & modo sequenti utuntur: Rejeto scabro, tenui, & externo membranaceo putamine, seu cortice, excussisque nigris, & copiosis, ex oblongo compressis *Seminibus*, remanentem albam, levissimam ex tenuibus filamentis contextam, tribus hian-

tem per longum foraminibus & amarissimam feticulam, poculo immergunt ferventis aquæ ter sine mora, aquam imbibitam in idem poculum stillare sinendo, mox aquam illam virtute reticulæ imprægnatam, rejecto rete, agro propinant. Operatur vehementissimè superne & inferne ut *Colocynthis*, facili verò negotio operandi vehementiam infringunt & coercent, lavando scilicet manus, tempora, aut etiam pedes frigida. Ex hac reticula *Trochiscos Albandali* paravi, nec effectus sinistros expertus sum. *Oleum* ex *Semine* expressum acovisticum est & nervinum. *Semen* assumptum æque purgans est ut rete.

7. *Cucurbita Sylvestris* 1. Indis *Timunay*. Folium ge-<sup>Fig.</sup>  
rit *Cucumi-Colocynthide* minus incisum, at majus & carnosius.  
*Florem* luteum pentapetalum, cui subnexum est folium  
sesquiunciale & orbiculare: *Fructus* est *Cucurbita* mag-  
nitudinis ovi *Struthionis*, ex rubello flavescens, lævibus  
obfita aculeis, tota carnosa, Saccharo condiri apta. *Semen*  
latum & longum, ferme unciam ex inæquali, compressum,  
& cordiforme.

8. *Cucurbita Sylvestris altera Pyriformis*. Folio gaudet <sup>Fig.</sup>  
magno spithameo, tricuspido adinstar tridentis, *Cucurbita*  
*tulâ* *Pyriformi*, carinulatâ quæ de rubello & aureolo  
maturâ contendit colore, palmum longâ.

9. *Cucurbita sylv.* 3. seu *Salapang* nomen tridentis <sup>Fig.</sup>  
mutuata est à tricuspido folio, quamvis & alia nonnisi  
una gaudeant cuspide, alterno palmari, hæderaceo:  
*Fructus* ovalis est, palmo longior, tersus, totus roseus, qui  
maturus decussatim dehiscit, & *semina* carne molliusecula,  
dulci & esculenta cooperta dispergit. *Folia* tumores  
discutiunt.

10. *Citrullus Luzonis Sylvester* 1. Quibusvis vicinis trino <sup>Fig.</sup>  
flagello gaudentibus forficulis sese innectens, *folia* super-  
insternit mollia, *Bryoniae* folijs vix non similia. *Flore*  
luxuriat candido, stellari floccellis *Cometæ* instar radiatim  
caudato, *Fructu* vero ovali, in mucronem prono, *Juglan-*  
*dinâ* nuce vix majori, qui immaturus candido & herbido,

maturus aureo, & sanguineo gratiosissimè *Citrulli* modo virgatim variegatur. *Semen* argenteum est ac cruciforme & veluti si unum alteri transversim impactum esset.

Fig. 11. *Citrullus Sylv. Luzonis alter.* Folio est priori magis inciso, *Flore* gaudet quinquefolio, majusculo, candido & in floccos discerpto : *Fructu* pallido prioris minori.

Fig. 12. *Citrullus Sylv. Luzon. 3.* Folio est secundo majori, & sæpius quasi heptaphyllo, in profundiores lacinias inciso, uncis claviculis seu capreolis singularibus sese involvit & vicina amplectitur. *Florem* fert pentapetalum luteum, exiguum. *Fructum* ovalem, qui immaturus ex viridi & candido, maturus ex candido & luteo striatim interstinguitur & picturatim discriminatur. *Semen* medio-cre compressum.

Fig. 13. *Citrullus Sylv. Luzon. 4. seu minimus.* Pusillus est, coloris crocei, magnitudinis *Avellane* majoris. *Folio* lætatur sesquiunciali, triangulari; *Flore* candido, pentapetalo, parvulo, *Semine* quasi *Boraginis*.

14. *Balsaminam, Momordicam* seu *Viticellam* in *Luzone* *Indi Palla* & *Apallia* & *Amargosam* vocant vel *Paria*, sponte passim ad sepes provenit. Utuntur decoctâ ad Vomitum provocandum in febribus, cruditate Ventriculi & Obstructionibus, *foliis* contusis in vulneribus & ad dolorem capitis leniendum.

15. *Balsamina* altera hortensis seu *Tabaya calo.* *Fructu* luxuriat nonnunquam spithamâ longiori, qui aqua fermenti maceratus, oleo, sale & aceto addito pro acetario deservit, *Indi* tamen & *Viticella* *sylv.* seu *Officinarum* rescuntur ut hortensis. Utriusque *Fructus* ita exhibitus commendatur in dysenteria & tenesmo.

De *Balsamina* altera *Herbariorum* scripsi anno elapso. vid. *Kamel. Syllab. Ray* append. Vol. 3. p. 9. 12.

Sect. 2. *Siliquosæ & Lobiferae folii bicuspidati.*

16. Volubilis plantæ *Patin* sarmenta, ex binis in unum Fig. coalescere videntur, quorum decoctum confert in sputo sanguinis, Hæmorrhagia & Dysenteria. *Foliis* ornantur lætè virentibus, spithameis alternis vexilliformibus seu bifurcatis complicatilibus ut fol. *Arb. Alibamban.* *Flores* exeunt racematim, pentapetali, ex rubeo lutescentes, quorum pediculus bino capreolo quo sese implicando involvit dotatur. *Siliquam* non observavi, nisi teneram.

17. *Patin altera.* *Folia* promit palmo longiora, prioris Fig. minus mucronata & minus incisa. *Flos* magnus est candidus, stellato-pentapetalus, 10 crocatis staminibus uno umbilico, repletus, inodorus ad foliorum genicula creber & in racemis prodiens. *Siliquas* vero in racemum aggestas, fere bipalmes, fuscas, leviter ventricosas, mucronatas, *Semen* spadiceum, *Lente* majus concludentes.

18. *Dnuhan* seu *Danaquit.* Scandens est Planta, *Sar-* Fig. *menta* lignosa, *Folium* constans ex trino sesquipalmari aut bipalmari. Pro *Fructu* fert unciales, ventricosas, in racemum quandoq; cubitalem congestas, coloris cinnabari filiquas, quarum quævis suum ruffum, ad inum innitentem luteæ, carnosæ & conchiformi appendici, & candidâ obvolutum membranulâ adstringentem mox dulcescentem & odoris *Pænie* continet *Phaseolum.*

Sect. 3. *Plantæ scandentes Trifoliae.*

19. *Phaseolus edulis Hantac,* magnus est & albus.

20. *Hantac matin Daqaray,* parvus est, unicaulis & absq; viticulis, filiquas fert congestas in scapo erecto.

21. *Phaseolus edulis Sinensis,* filiquâ longissimâ, magnus & rubens.

22. *Phaseolus Sinensis alter,* in multos perennat annos, viret & renovatur, *Sarmenta* brachio crassiora sunt, *Phaseoli* quasi ex *Piso* & *Phaseolo* constant. 23.

23. *Phaseolus Balatong*, parvus est, niger & edulis.

24. *Balatong minor*, planta ipsa arbusculam imitatur, *siliqua* brevis, crebra, villosa, *granum* nigrum ut *Piper*.

25. *Phaseolus edulis Patani*. Bona major est, compressior, & ex flavo & fulvo, aut subpurpureo picturatus.

26. *Patani* alter, *siliquam* fert pedem longiorem, & sesquiuncia latam, edulis est ut prior.

27. *Phaseolus Hervilla*. Folio est majori, *Lobo* tenero, albo, ad limites purpurascente, carnosio, vesco, supernè adunco, Flore candido, *Phaseolo* retorto eduli.

*Phaseoli* præterea *edules* sunt, *Ayap*, *Bulay*, *Cagios*, *Baogo*, *Balolo*, *Togolobay*, *Cabay*, *Lagihay*, *Kibal*, *Talipan*.

28. *Vitia* *edulia Indus* Mongo vel Mungo vocat, decoctum exhibetur laborantibus variolis.

29. Mongo *oleolo*, i. e. *fatuum*, est stupefaciens ac inebrians.

Fig. 30. *Phaseolus Sylvestris* 1. Folio est magno, lætè virenti, parte averfâ subhirsuto, elegantius & profundius inciso, flagellis simplicibus prælongis vicina prendens.

Fig. 31. *Phaseolus sylv.* alter, Folio simpliciore, *Apocyni* simili obsoleto, flore prægrandi, incarnato, *siliqua* bipalmari, unciam lata, triumbilicali.

Fig. 32. *Phaseolus sylv.* 3. Folio oblongo mucronato, *Lobo* uncia latiori, palmum unum & dimidium longo, brunno, racematim congesto, qui maturus ruptus cochleatim convolvitur, integer trino hilo ornatur.

Fig. 33. *Phaseolus sylv.* 4. Folio est ovali, Flore parvo candido, trifolio, lobulos plures minimos, congestos, in papyraceis utriculis abscondit, *Semen* parvum nigrum.

Fig. 34. *Phaseolus sylv.* 5. Folio est *Quarti* magis mucronato, *siliqua* parvæ, in racemo unciales, quarum ventriculi tessellatim, seu angulosè intercissæ sunt. *Semen* minimum.

Fig. 35. *Phaseolus sylv.* 6. Folio nervoso in mucronem ex lato vergente, Flore purpureo, *Siliqua* ad ventriculos concissa.

36. *Phaseolus sylv.* 7. Folio ex subrotundo in acumen <sup>Fig.</sup>abeunte, Flore purpureo, *Siliqua* & *Semine* Pisi.

37. *Phaseolus sylv.* 8. Parvulus est, folio *Hedysari* seu decomposito, flore amplo cucullato, pulchellè cæruleo, *siliquâ* gracili.

38. *Phaseolus sylv.* 9. Parvus tenuifolius, *siliquâ* holofericâ.

39. *Phaseolus sylv.* 10. *Bagne.* Succus extirpat *Lichenes.* <sup>Fig.</sup>

40. *Phaseolus sylv.* 11. Esse videtur ille *Volvulus trifolius*, <sup>Fig.</sup> folio subrotundo, magno, nervoso, aspero, pertinacissimè vestibus inhærente.

41. *Phaseolus Luzonis* 12. *Folium* habet Phaseoli, *Siliquam* coloris murini, turgidè ventricosam, sesquipalmarem, sesquiunciâ latam, trino vel potius quino hilo donatam, *phaseolos* coloris terrei, fermè sex, magnitudinis fabæ, parvos respectu turgescentiæ *siliquæ*.

42. *Volvulus trifolius fructu* *Papilionaceo.* Folium gerit <sup>Fig.</sup> trifolium *Phaseoli*, subrotundum obscure virens, parte aversâ flavens, palmare si magnum fuerit, cujus pediculus capreoli vicem subit vicinis sese circumvolvendo. *Viticuli* sat vieti striati rubentes. *Fructus* est *Papilionaceo-siliquosum*, fuscum, binis, trinis aut quaternis donatum pericarpium alis, habens in medio granum unicum, divisibile, oleosum, oblongum magnitudinis Pisi.

De *Phaseolis* urentibus vide inter *Plantas humiles*, post *Xicamam*. Huc refer si libet & *Plantam Nemi* & *Gavay*, quæ similiter inter *plantas humiles* reperies.

#### S. 4. Phaseoli folio composito.

43. *Phaseolus maximus, Faba purgatrix* Rati, seu Cor <sup>Fig.</sup> Sancti Thomæ *Clusii* Indis *Balago* & *Dejjugu* planta, Samentorum & Radicum contusæ tomentosæ stupæ *Gogo* vel *Gugu*, fructus ipse seu *Phaseolus Cabay* aut *Cavay*. *Planta* est scandens caudice nonnunquam brachiali, *Folia* composita communiter ex 8 aut 10 sesquiuncialibus, terfis

& splendentibus, ad mucronem ut *folia Fagara* scissis. Ex medio ramusculorum, forficulæ exeunt *Vitis* modo. *Fabæ* verò illas prægrandes, ex compresso orbiculares, rubrofuscas, læves, sed durissimas & quandoque unciis tribus latiores, *lobus* fert niger, leviter ventricosus, fere sesquipalmo latus, & aut cubito, aut sesquicubito longior. *Sarmenta* hujus Plantæ ut corticem *arboris Salogniqui* Indi *Gogo* vel *Gugu* vocant, quæ pariter ut ille & *Radix* quæ odorifera *Saponis* vicem gerit, ad capillitium lavandum. *Phæcoli Medullam* contra *Asthma* laudant.

Fig.

44. *Bagda*. Volvulus est sanè magnus, *foliis* palmariibus ex 10 aut 12 compositis, jucundè virentibus. *Floribus* in magnis cubitalibus ramosis, *racemis* albis, nigris commaculatis notis, pentapetalis in orbicularibus discis, suaveolentibus, quibus mucronatæ & falcatæ succedunt *siliquæ*, quas nonnisi teneras vidi.

45. Huc, seu ad *Volvulos Siliquosos*, *foliis* compositis, spectat *Phaseolus* Sylv. 8. supra descriptus. Et *Mimosa* s. Pisum coccineum *Americanum*, spec. *Liquir. sylv.* Indis *Saga mammin*, *Bangati*, *Aquijangyang*, *Mangadolong*. *Caloo* & *Matangpune* vocant. *Folia* fert ex multis composita, saporis radicum *Liquiritiæ*. Pifa *corallina* in congestis lobulis, maculà nigrâ notata, quæ filo trajecta ut grana & nuclei *Babay*, *Badiang*, *Tigbi*, *Alalayo*, *Babangun*, *Tonquili*, *Quenang* & *Culanos* interjectis seminibus *Amomi* & *Belmusci*. Indicis *Puellis* torquium & armillarium loco deserviunt.

46. *Saga* I. *Bangati* altera. Similis est priori, sed *Folio* hirsuto & insipido.

47. *Malasaga*. Planta est scandens, *sarmentis* fere crassitudinis carpi, fragilibus nec vietas, *Folia* gerit composita ut *Mimosa Vulgaris*, sed quadruplo majora, & insipida, ut *Mimosæ* hirsutæ.

Fig.

48. *Tragacantha* Indica, *Camotcabag* seu *Camotbagbayag*. A *Massiliensium* & *Granatensi* diversam exhibeo *Tragacantham* spinosam nempe fruticem, atq; inter ab Indis experientia magistra inventa Antidota numeratum. Qui longis



gis & creberrimis affurgit virgultis, & qui spinarum aduncarum adminiculo, nam quidem absolute scandit ut aliis circumvicinis arbutis sese superinsternens longè prorepat & excurrit. Virgulta plurimis cubitalibus ramusculis brachiata, alijs plerumque 20 ramusculis minoribus ceu malis folijs compositis, quorum quodvis tricenis circiter foliolis, folijs *Tamarindi* similibus, verùm magis dilutè virentibus brevioribusque luxuriat. Aculeis vero fenticosis virgulta præter incertos, & sparsos ad ramusculorum exitus & foliorum sinus armantur trinis ac trinis. *Caulis* crasso defenditur cortice, & avium unguium instar aduncis aculeis. *Flores* pentapetali parvuli bene olentes, lutei, ad sinus ramusculorum racematim exeruntur, quibus siliquæ leves atque compressæ, ad medium aliquantum ventricosæ, 2. triève habentes parvis phaseolis similia *semina*, mucronatæ & parte supernâ quasi crista alatæ, uncias 6 longæ, unam cum dimidia latæ succedunt. *Gummi* autem ex Radice quæ alba & crassa, uti & caule vulnerato copiosum, vermiculatum candidum & inspidum profunditur.

49. *Tragacantha* 1. *species altera*. Planta est fenticosa, longe repens, *Foliorum* ramusculi componuntur ex 20 folijs compositis, quorum denuo quodvis constat ex 16 *foliolis* obtusis, *Senæ* folijs similibus. *Siliquæ* papyraceæ sunt fuscæ, tenues, obtusæ, cristatæ, creberrimæ in maximis racemis. *Semen* Ceratii cinereo virens.

50. *Tragacantha Luzonis altera*. Calumbibit Luz. Dalgudugay *Leytenibus* vocata. *Folij* gaudet prioris, majoribus, similiter dispositis sed in acumen desinentibus. *Flos* Fig. similis precedenti, *Lobos* habet quales cum fructu *C. Clusti* Exot. lib. 3. fol. 71. titulo *Lobi echinati* delineat, tribus nempe communiter uncijs longos, duabus latos binos pluresve habentes fructus ( *Hispanis Ojos del Gato*, seu *Oculos Cati*, *Indis Bayagambin* sive *Testiculi Canis* : In *Jucatan* verò *Kakuaktuk*, i. e. *Fructum littoralem*, quoniam in

littoribus, ut *Cor Sancti Thomæ*, creber colligitur vocant: Ex his *Mexicani* qui *Piedras del Aquila* vocant, *Marem* & *Fænellam* seligunt, copiam eorum aquam immergendo supernatantes *Mares*, subsidendos *Fænellas* putant, hos argento cinctos partum facilitare, Venenis resistere, preservare ab aeris contagio & fuscino sibi persuadent scilicet præsiciunt ut *Lynga*. Nunc Sphæricos nunc leviter compressos, coloris ex leucophæo argentei, perpolitos & laeves solidos & præduro ac pertinacissimo putamine ut petræ esse videantur contextos leves tamen quive confracti, nucleum album & impensè amarum continent. Hic aceto forti dissolutus, & calide illitus *Serpiginem*, *Lichenes*, *Scabiem*, *Pruritus* *Inflamaciones*, *Erisipelita*, *Ambusta* & *Tumores Testium* sanat. Interne exhibitur in pulvere a  $\text{ʒi}$  ad  $\text{ʒiii}$  in *Diarrhæa inveterata*, *astmate*, *febris tertianis* & *veneni periculo ad vomitum provocandum*. Oleum ex Nucleo pro contracturis laudatur. *Folio* eadem præstant. *Corticis* radicum decoctum sistit *Diarrhæas*, & prodest *Morbillis* & *Variolis* laborantibus, cooperiendo simul totum corpus, folijs *Badiyang* aut *Alagno* sub cinere calefactis ad sudorem promovendum, ita enim feliciter evocantur & propelluntur. Radix Mastichata dolorem tollit dentium.

Fig.

51. *Tragacantha Luz.* 3. Ramusculus unus communiter 12 aliis, quorum quivis senis stipatur folijs luxuriat, late virentibus & 2dæ majoribus. Flores promit similes primæ quales & 2dæ sunt. Lobos fuscis, unciâ longiores, & hac angustiores mucrone desinentes, unicam & ruffam habentes fabam, medullæ leguminosæ.

Fig.

52. *Tragacantha Luzonis* 4. Seu *Rosa Luzonis* sylvestris. Folia gerit folijs *Rosarum* ferme similia, & ut hæc disposita crenata, 11 in uno ramusculo. Senticosa est planta ut antecedentes. Verum non *levisera* sed *Pomifera*, quæ parva, magnitudine *Avellanae*, in racemis, arillis repleta inæqualibus. Flores candidi, folijs numero incertis 7 aut 9 repandis, & staminibus crocatis, una cum umbellico repleti.

53. *Tragacantha Luzon.* 5. seu *Zebuc*. Folio est composito, ex foliolis 100 *Acaciæ* veræ minoribus.

54. *Tragacantho* simile Gummi, nisi minus mucilagineum & majoribus esset in fragmentis, est *Ficus* illius *Indicæ*, seu *Mexicanæ* *Opuntia*, sive *Tunæ*, seu quorundam Plinii, & Theophrasti *Opuntia*, in *Jucatan* *Nopal*, *Mexici* *Nochtli*. *Hujus* Fructum *Tunam* vocant; *Vermiculos* vero in ea enatos *Mucay*, *Mexicani* autem *Nopalnochetzli* & insaniam, *Paralysim* & *Epilepsiam* sanare scribit, & alibi *Coccum Indicum* vocando, *Cor*, *Caput* & *Ventriculum* corroborare tradit. *Hispani* ab *Oniscorum* forma, quos *Cochinillos* seu *Porcellos* vocant, *Cochinellam* & *Grana* *in grano*, *Officinæ* communiter *Coccionellam*. *Hujus* *Nopal* seu *Mexicanæ* *Opuntia* *differentias* vide *apud* *Nirembergiam* *in* *Phyl. Nat.*

55. *Opuntia* herbulâ exceptâ, nullam plantam e folijs radices agere, audivisse scribit *D. Rayo*: *Manilæ* folia *huyatis* *Sempervivæ* & *Portulayæ* radices egisse sæpius deprehendi, non tamen ex inde planta assurgebat, sed tantum virebant & vigebant, Imò & cornua radicata *Mariquinæ* evulsi, & alijs monstravi, sed hæc luxuries a nimium humida *Climatis* constitutione.

56. Verùm *Tragacanthum Indicum Venereum*, seu *Jeo*. *Schræderi* *Nidus* avium, *Sinarum* *Enno*, *Indorum* *Patong*, *nidus* est *Hirundinis* *maritimæ* *Salangan* alijs *Sayam* & *Botabota* vocatæ, quæ id ex maris, ut *Indi*, *Sinæ*, *Combes* & *Navarete* *affirmant*, *spuma* format & compilat. *Invenitur* & *affertur* de *Holo*, *Borney*, *Mindanao*, *Caraga*, *Iloilo*, *Samboangan* & *Calamianes*, ex maris præruptis littoralibus faxis affixum, collectum. *Utitur* eo macerato prius in aqua calida quoad usq; nihil *saluginis* resipuerit, mox repurgatur ab *inhærentibus* plumis & *quiescentibus* minutimve discerptum in *jure* *gallinaceo* unica ebullitione decoquitur & agris aut convalescentibus, consumptis & tabidis offertur, est autem multum corroborans & summe reficiens quia *incrassans*, in *Diarrhæa* proficuum. *Hoc* *Sinæ* plurimi

( 1718 )

astimant, quod & *Alexander Rhodes* insinuat, scribens \*  
*Regni Tanchinensis* primarios juteulis & edulij, olei locò  
nidos *Passerum* pretiosissimos in rupibus Martibus repertos  
admiscere, quos *China* maximo coemunt pretio.

Sequentes quadruplices *Lobi*, num sint Plantarum scan-  
dentium aut Arborum ignoro.

Fig. 57. *Lobus primus*. Spithamâ longior fuisse videtur, co-  
loris est fulvi, ventres verò in alterne appensos dispositi  
loculos, *Semina* nigra, subrotunda, levissima.

Fig. *Lobus 2*. Est corticosus, solidus, niger & tersus, com-  
pressus, & trinos palmos longus, uncias 3 latus.

Fig. *Lobus 3*. Similiter corticosus, solidus, niger & tersus,  
sed ventricosus, & palmo uno brevior, officulum continens,  
cordiforme, compressum unicum sursum quasi ungula  
signatum.

Fig. *Lobus 4*. Coloris est nativi compressus, levis, tener,  
rugosè striatus, biventer.

N. B. Besides these *Figured* as mention'd in the Margent, it  
may not here be amiss to give a *Catalogue* of such other  
*Curious designs* as this Reverend Father formerly sent me,  
which are already describ'd by that late most acurate Bo-  
tanist, Mr *John Ray* in the *Appendix* to his 3d *Volume* of  
*Plants*.

*Plantæ Capillares & Saxatiles Philippenses. Raij*  
*Histor. Plantar. Vol. 3. Append p. 1.*

- \* 1 *Cuscuta* altera seu Major *Kam* pl. 1. Mabuhu. *Luzon*.
- \* 2 *Adiantum* verum montrosium *Kam* 1. 3. *Gaz. Natur. Tab. 4. fig. 4.*
- 3 *Adiantum* nigrum quorundam. *Kam*. 1. 5.
- \* 4 *Filix aurea Naicensis* *Kam*. 2. 8.
- 5 *Filix* major caudice carens altera *Kam*. 2. 10. *Caladondon Luz.*
- \* 6 *Aplenium* seu *Lonchitis* scandens *Kam*. 2. 15.
- 7 *Hemionitis* *Luzonis* 1. *Kam*. 2. 16.
- 8 *Hemionitis Luz.* altera *Kam*. 2. 17. *Sagunay Indis.*
- 9 *Phyllitis* *Anglico Luzonis.* *Kam*. 2. 18.
- 10 *Phyllitis* fruticosa *Kam*. 2. 19. *Lagolo Indis.*
- 11 *Phyllitis* fruticosa altera scandens *Kam*. 2. 20. *Panapay Indis.*
- 12 *P. hypodium* *Phyllites* 1. *Kam*. 2. 23.

- 13 *Polypodium Phyllites alterum Antipolanum*. Kam. 2. 24.  
 14 *Polypodium minimum*. Kam. 2. 25.  
 \* 15 *Polypodium parvum Arboris Zapotb.* Kam. 2. 26. Cabcabun *Indis*.  
 16 *Polypodium tateatum* Kam. 2. 27. Bocalas *Indis*. Gaz. Nat. 14. 1.  
 17 *Polypodium triphyllum* Kam. 2. 28  
 18 *Polypodium Arboris Balto* Kam. 3. 29.  
 19 *Polypodium moufretium alterum, Ma-lasum Arboris Rhymay* Kam. 3. 30.  
 20 *Vilcum Luzon.* 1. Kam. 3. 31. *Dapo Indis*.  
 21 *Vilcum Luz.* alterum f. *Crocodilifugum*. Kam. 3. Mampul *Indis*:

### De *Cichoraceis, Sonchis* &c. Raij H. Pl. Vol. 3. app. p. 3.

- 22 **C**ichorium Sylv. *Luz.* 2. Kam. 3. 2. *Arulata* *Luz.*  
 23 *Cichorium Luz.* 3. Kam. 3. 3. Singandagat *Luz.*  
 24 *Chondrilla Luz.* 1. Kam. 3. 5. Sambongala *Luz.*  
 25 *Chondrilla Luz.* 2. Kam. 3. 6. Tatabata cexam *Luz.*  
 26 *Chondrilla Luz.* 3. Kam. 3. 7. Bitoon *Luz.*  
 27 *Sonchus levis*. Kam. 3. 8. Tagolinao *Luz.*

### Plantæ *Nodifloræ* Raij H. Pl. V. 3. app. p. 4.

- 28 **C**hamædry: *Sphæritis* Kam. 4. 13. Balabalanoyon *Indis*.  
 29 *Chamædryes species* Kam. 3. 14. Hinlalayon *Ind.*  
 30 *Chamælyce Luz.* major Kam. p. 4. 10. Gatafgatas *Indis*.  
 31 *Sideritis Sphæritis* Kam. 4. 15. Botobotoniffa *Indis*.  
 32 *Bellis Nodiflora* fl. perpetuante fruticosa Kam. 4. 18. Bocquingang *Indis*

### Plantæ *Spicata* Raij H. Pl. Vol. 3. app. p. 4.

- 33 **P**olyrrhizos *Luzon.* 1. Kam. 4. 1.  
 34 *Polyrrhizos altera* Kam. 4. 2.  
 35 *Polyrrhizos Luz.* 3. Kam. 4. 3.  
 36 *Polyrrhizos Luz.* 4. Kam. 5. 4. Bucasbucas *Indis*.  
 37 *Polyrrhizos Luz.* 5. Kam. 5. 5. Yerba de los Paxarillos *Hisp.*  
 \* 38 *Ruta* Sylv. *Luzonis*, Kam. 5. 6. Gaz. Nat. 20. 1.  
 39 *Stachys Luz.* Kam. 5. 8. Cabling *Indis*.  
 40 *Gratiola* sine flore Kam. 5. 9.  
 41 *Melissa* Florida Kam. 5. 11. Oia morada *Hisp.*  
 42 *Hedera terrestris spicata* Kam. 5. 12.  
 43 *Verbena Luz.* Kam. 6. 12.  
 44 *Verbena similis* Kam. 6. 13. Docotdocot *Luz.*  
 45 *Lythamachia species* Kam. 6. 15. Capanatolot *Luz.*  
 46 *Carduus aquaticus* Kam. 6. 16. Dilivaria *Ind.*  
 47 *Herba Obstetricum* Kam. 6. 17. Casopangil, *Indis*.  
 48 *Telephium Sempervirens* Kam. 6. 18. Kalanchauhuy *Sinis*.  
 49 *Telephium Luz.* 3. Kam. 7. 22. Yerba del toston *Hisp.*  
 50 *Flamula Sinensis* Kam. 7. 23. Samtanghuy *Sinis*.  
 51 *Plantago Cervina* Kam. 7. 24. Catajud *Ind.*  
 52 *Tubularia altera* Kam. 8. 31. Bagavag *Ind.*

Plantæ *Corymbiferae*, Raij H. Vol. 3. app. p. 8.

- 53 **A** Bsinthium Scriphtium Kam. 8. 1. Capopot Ind.  
 54 Parthenium Maritimum Kam. 8. 3.  
 55 Matricaria hujus Kam. 8. 4. Poecachoy Sinis.  
 56 Matricaria altera Kam. 8. 5. Rosa de Japon Hisp.  
 57 Chrysanthemum alterum Antipolanum Kam. 8. 7.  
 58 Chrysanthemum radiatum Kam. 8. 8.  
 59 Chrysanthemum radiati varietas Kam. 8. 9. & 10.  
 60 Moluccana *Acoftæ* Kam. 8. 12. Agonoy Indis.

Plantæ *Verticillatæ* Raij H. Pl. Vol. 3. app. p. 9. 9.

- 61 **M** Ari aut Polij, Origanis suaviter olentis species Kam. 9. 1.  
 62 Gnaphalium Luz. Kam. 9 11. Varilla Hisp.  
 63 Lychnis Luz. Spinosa Kam. 10. 14.  
 64 Alfine Luz. 1. Kam. 10. 15. Tayutu Indis.  
 65 Alfine Luz. 2. Kam. 10. 16.  
 66 Alfine Luz. 3. Kam. 10. 17.  
 67 Alfine Luz. 4. Kam. 10. 18.  
 68 Alfine Luz. 5. Kam. 10 19. Alibangon Indis.  
 69 Alfine Luz. 6. Kam. 10. 20.

Plantæ *Umbelliferae* & *Malvaceæ* Raij H. Pl. V 3. app. p. 10.

- 70 **A** pialstrum Luz. Kam. 10. 2. Caffrinno Hisp.  
 71 Malva Luz. 1. Kam 10. 1.  
 72 Malva Luz. 2. Kam. 10. 2. Palis Indis.  
 73 Malva Luz. 3. Kam. 10. 3. Pamalis Ind.  
 74 Malva Luz. 4. Kam. 10. 4. Palispalis in Indis.  
 75 Malva Luz. 5. Kam. 11. 5. Padarut Luz.  
 76 Malva Luz. 6. Kam. 11. 6.  
 77 Althea *Theophrasti*. Kam. 11. 7. Paltoc Indis.  
 78 Alcea Luz. altera Kam. 11. 9. Colotcolotan. Indis.  
 79 Alcea Luz. 3. Kam. 11. 10. Gamaygamayan Indis.  
 80 Sabdariffa Kam. 11. 12. Malacolotan Indis.  
 81 Passao 1. Kam. 11. 12. Puli Luz.  
 82 Passao altera Kam. 11. 13.  
 83 Passao congener Kam. 11. 14. Lingindayat Indis.  
 84 Passao & Malvaceis affinis Kam. 11. 17. Palinsaguin Luz.  
 85 Belmuscus Honor. Belli. Kam. 11. 19. Maricom Indis.  
 86 Althea Luz. peregrina arborefcens Kam. 12. 22. Anabo Indis.  
 87 Althea Luz. peregrina altera seu urens Kam. 12. 23.

Plantæ *Siliquosæ* Raij H. Pl. Vol. 3. app. 12.

- 88 **L** Upinus Luz. 1. Centumfolius. Kam. 12. 1. Sambafamba Indis.  
 89 Lupinus Luz. alter tenuifolius, Kam. 12. 2.  
 90 Lupinus Luz. 3. folij punctati. Kam. 12. 3. Tabuhu Indis.

- 91 *Lupinus Luz.* 4. *latifolius*. Kam 12. 4. Botochotocan *Luz.*  
 92 *Lupinus Luz.* 5. *pentaphyllus* Kam. 12 5. Calaycagay *Indis.*  
 93 *Lupinus Luz.* 6. *esculentus*. Kam. 12. 6. Mani *Indis.*  
 94 *Lupinus Luz.* *arborescens*. Kam 13. 7. Acapulco *Indis.*  
 95 *Fœnum Græcum sylvestre* Kam. 13. 8. Catanda *Indis.*  
 96 *Plantam Anil* Kam. 13 9. Tayoin *Luz.*  
 97 *Colutea ex Quaihan* Kam. 13. 10.  
 98 *Colutea Luz.* *foetida*. Kam. 13. 11.  
 99 *Trifolium Dictamnoides* 1. Kam. 13. 13. *Muf. Petiver.* 790.  
 100 *Trifolium Dictamnoides alterum*. Kam. 13. 14. Payangpayang *Ind.*

Plantæ *Miscellaneæ* Raij H. Pl. Vol. 3. app. 14.

- 101 *Polygonum latifolium erectum* Kam. 14. 17.  
 102 *Polygonum tenuifolium erectum* Kam. 14. 18.  
 103 *Polygonum centumgranatum* Kam. 14. 19. Sambasamba *Indis.*  
 104 *Scorzonera Luz.* *minima acaulis* Kam. 14. 20. Lubilubi *Indis.*  
 105 *Cochlearia aquatica* Kam. 14. 21. Taquebofo *Indis.*  
 106 *Pyrola Luzonis* Kam. 14. 22.  
 107 *Myofotis seu Auricula Muris Luz.* Kam. 14. 23.  
 108 *Acetosa Nigritarum* Kam. 14. 24. Lingat *Indis.*  
 109 Igbangsa Kam. 14. 26:  
 110 *Herba verecunda* Kam. 14. 27.  
 112 *Verecunda minor* Kam. 15. 28:  
 112 *Stramonium Luz.* 1. Kam 15. 2.  
 113 *Stramonium Luz.* *alterum* 15. 1.  
 114 *Limeum Indanense alterum* Kam. 16: 30.  
 115 *Limeum Luz.* 3. Macatenfe. Kam. 16. 31.

Plantæ *Arundinaceæ* Raij H. Pl. Vol. 3. app. 17.

- \* 116 *Arundo Indica farcta* Vay aut Oway *Indis.* Kam. 19. 3. G. N. 39. 107.  
 \*\* 117 *Arundo Indica farcta Labint* *Indis.* Kam. 19. 4. G. N. 39. 11.  
 \*\* 118 *Visco-Bexucus Nito Luzon.* Kam. 19. 1. G. N. Tab. 44. fig.  
 \* 119 *Amomum legitimum Dioscoridis.* Tugus *Indis.* Kam. 22. 1. G. N. 41. fig.  
 \* 120 *Amomum verum Jof. Eucalade* G. N. Tab. 20. fig. 2.  
 121 *Calamum odoratum.* Tagbag *Luz.* Kam. 22. 2.  
 122 *Calamus floridus Ammomides.* Ganda *Luz.* Kam. 22. 3.  
 123 *Calamus floridus seu Ganda altera* Kam. 22. 4.  
 124 *Cannaecorus* 3. Mamban *Luz.* Kam. 22. 7.  
 125 *Cannaecorus* 4. Abang *Luz.* Kam. 22. 8.  
 \* 126 *Zedoaria Officinatum.* Ray, H. Pl. Vol. 3. app. 23. 9. G. N. 23. 1.  
 127 *Zedoaria altera s. Gaidoar.* Barac *Luz.* Kam. 23. 10.  
 \* 128 *Curcuma Officinatum.* Dulao *Luz.* Kam. 23. 11. G. N. 37. 9.  
 129 *Zerumbeth.* Banglay *Luzon.* Kam. 26. G. N. 22. 5.  
 130 *Zinziber Officinatum.* Luyia *Luz.* Gingu *Sinis.* Kam. 25.  
 131 *Mufa Arabum.* Sagum *Luzon.* Kam. 24. 1.

( 1722 )

- 132 Costus *Arabica*. Magbay Luz. Kam. 27. 1.  
133 Galanga major. *Langcoaz* Luz. Kam. 27.  
134. Ticala *Luzon*. Kam. 27. 3. *Gaz. Nat. Tab.* 18. fig. 7.  
135 Amomonte Luz. Kam. 27. 4.  
136 Farnuceg Luz. Kam. 28. 5.  
137 Juncus odoratus 1. Kam. 28. 1.  
138 Juncus odoratus 2. Kam. 29. 2.  
139 Cyperus esculentus Luz. *Apulit. Kam.* 29. 3.  
140 Gramen Cyperoides 1. *Kam.* 29. 4.  
141 Gramen Cyperoides 2. *Kam.* 29. 5.  
142 Gramen Cyperoides 3. *Kam.* 29. 6.  
143 Gramen Cyperoides 4. *Kam.* 29. 7.  
144 Gramen Cyperoides 5. *Kam.* 29. 8.  
145 Gramen Cyperoides 9. *Kam.* 29. 9.  
146 Gramen Cyper. 7. *Maloboran Luz. Botoncillo blanco Hisp. Kam.* 29. 10.  
147 Gramen Cyperoides 8. *Kam.* 29. 8.  
148 Contrayerva Luz. D. fo. *Kam.* 32. *Gaz. Nat. Tab.* 19. fig. 7.  
149 Visco Aloes Luz. 1. Malaapag *Indis.* Tiauian *Sinis.* Kam. 33. 4  
150 Visco Aloes Luz. 2. Kam. 33. 5.  
151 Visco Aloes Luz. 3. Kam. 33. 6.  
152 Visco Aloes Luz. 4. Kam. 33. 7.  
153 Visco Aloes Luz. 5. quibussam *Vainilla*, sed perperam. *Kam* 33. 8.  
154 Visco Aloes Luz. 7. Kam. 34. 12.  
155 Visco Aloes Luz. 8. Kam. 34. 13.  
156 Visco Aloes Luz. 9. Kam. 34. 14. *Lanhua Sinis.*  
157 Visco Aloes Luz. 10. Kam. 34. 15.  
158 Visco Aloes Luz. 11. Kam. 34. 16.  
159 Visco Aloes Luz. 12. Bacong Dapo, i. e. *Visco Pancreatium* Kam. 34. 17.  
160 Visco Aloes Luz. 13. Talatalaroan *Indis.* Kam 35. 18.  
161 Visco Aloes Luz. 13. s. *Visco Pancreatium alterum* Kam. 34. 19.  
162 Visco Aloes Luz. 14. Kam 34. 20.  
163 Arum *Aegyptium*. Gabi Luz. in India *Allu.* Kam. 35. 2.  
164 Arisarum Polyflorum. *Clavoa* Luzon. *Kam.* 35. 1.  
165 Arum Maximum. *Biga* Luzon. Kam. 35. 1.  
166 Dracunculus Luz. 2. Payao *Indis.* Kam. 36. 8.  
167 Dracunculus Luz. 3. Gabinoham *Indis* Kam. 36. 9.  
168 Dracontea Luz. Tocotlangit, i. e. *Fulchrum Coeli*. Kam. 36. 9.  
169 Dracontium Luz. 1. s. Magoloro minus. *Kam.* 36. 11.  
170 Dracontium Luz. 2. s. Magoloro majus *Kam.* 36. 12.  
171 Dracontium Luz. 3. Lunas *Indis.* Kam 36. 13.  
172 Dracontium Luz. 4. s. Polyphyllon. *Anum* *Indis.* *Kam.* 36. 14.  
173 Dracontium Luz. 5 s. Polyphyllon arborefcens *Kam.* 37. 15.

N. B. The Plants to which this Asterisk ( \* ) is prefixt are already Figured in the *Gazophilac. Naturæ & Artis.*